

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Georg Radow

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Georgius Radovius, I.U.D. & P.P. Omnes Academiae Cives ab impia. Bachanalium, Festivitate. Serio dehortatur : [P.P. sub sigillo Rectoratus Anno M.DC.LXXI. V. Mattii.]**

Rostochii: Kilius, [1671]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735975272>

Druck    Freier  Zugang



R.U. Progr. 1671.

Georg Radoviūs

a Bacchanalium festivitate  
decoratus





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn735975272/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735975272/phys_0002)

**DFG**

126

PROGRAMMA  
RECTOR  
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS  
GEORGIVS RADOVIVS,  
J. U. D. & P. P.  
Omnes Academiæ Ci-  
ves ab impia.  
BACHANA-  
LIUM,  
FESTIVITATE.  
Serio dehortatur.



ROSTOCHII,  
Typis JOHANNIS KILII, Universit. Typogr,

R. B. Prox. 1671

ESTI



Uandoquidem hoc anni tempore, in exordio meditationum Passionis Domini nostri JESU CHRISTI, Ecclesia Christiana in eo maximè est occupata, ut inveteratà consuetudine Bacchanalia celebrandi, & peccati servitute abjecta, Christiani pretii redemptionis suæ dignitatem, efficaciam, & amplitudinem fidei oculis devotè aspiciant, & gratâ mente de prædicent, seq; ad crucis onus, à quô Christianus in hujus vitæ curriculo immunis esse nequit, moderate ferendum, eâ, quâ par est, humilitate, sese præparent, & obfirment: Antecessores nostri pium, utile, & necessarium esse judicarunt, Studiosos Juvenes publico Programmate fideliter admonere, & sedulò exhortari, ut vocationis suæ memores à luxuriâ, temulentia, aliisque vitiis Christiano indignis, abstineant, sequé ad salutarem Passionis Christi meditationem excitari patiantur, neque committant, quod Ecclesiam turbet, DEUM, & Magistratum offendat, & severâ animadversione dignum judicetur. Quod autem religiosè & piè

& pie à nostris Majoribus est institutum, id in impietatem transiisse, & degenerasse, nemo infitiabitur. Quæ enim impietas est, hominem Christianum, qui semet ipsuni debebat abnegare, & cum Apostolo ex intimis cordis penetralibus exclamare *πλαίσιως ἵγε ἀνθρώπος*, miser ego homo, quis me liberabit à corpore mortis hujus? Christum vitæ Principem, & gloriæ Dominum Bacchiferis abnegare, lautis delitiis genium pascere, carnisqué cupiditatibus securè indulgere, & sobrietatis, modestiæq; repagulis ruptis, non deprecari mortis æternæ supplicium; sed sub misericordiæ Divinæ, & obedientiæ Christi prætextu sibi frustra blandiri, & impunitatem securè polliceri; siquidem Christus non est mortuus, ut Christianus ex carnis præscripto vivat, & securitati carnali omnem fenestram aperiat; sed ut à morte spirituali, & peccati servitute suscitatus, semet ipsum abneget, crucem suam tollat, & secundum Spiritum ambulet. Quæ cæcitas est, legis potentiâ, & sensu nolle excitari, ad peccatum serio agnoscendum, neque perpendere, cuius culpâ lex præstare nequit, ut liberemur à condemnatione peccati, & mortis perditione, neque flebili voce ingemiscere, quod Christus, æternus IESI Filius omnis generis miseras, afflictiones, pericula, insidias, convitia, persecutions & acerbissimos cruciatus propter nos homines patienter sustinuerit in anima, & corpore? Christus, ajunt Evangelistæ, cœpit

**C**apit **l**ux **u**nus **a**ctus **ad** **p**rofessum, **i**n **t**urbatio*m*, id est, contristari, gravissime angi, & expavescere, inquē summa angustia esse. In mente fuit turbatio, ob peccati gravitatem, judicij Divini severitatem pœnarum quē cūm Spirituum, tūm corporalium gravitatem, quemadmodum ipse conqueritur. **N**ōr i<sup>η</sup> ψ<sup>η</sup>χ<sup>η</sup> μ<sup>η</sup> π<sup>η</sup>θε<sup>η</sup>γ<sup>η</sup>ται, id est, nunc anima mea turbata est: In corpore ineffabiles sustinuit cruciatus, & dolores: caput densitate spinarum, pungitur, & contēptim coronatur, facies sputo impiorum hominum inquinatur: os felle potatur, & acero, pedes, & manus in cruce extensæ clavis affiguntur. Intertantos dolores, & cruciatus hujusmodi flebiliter nos Christus alloquitur:

O homines, si vestra dolor præcordia tangit,  
Adspicite immitti trajectum pectora ferro  
Trajectasqué manus claves fædataquē rabo  
Ora, caput colaphis tuber, spinaq; coronam  
Impressam tentosq; cruenti corporis artus,  
Ludibriumq; crucis. -- --

Sic nos multis peccatis onustos Filius DEI alloquitur, ut mentem nostram avertamus ab omni vanitate, & abstineamus à Bacchi feriis, pompisque Diaboli, antiqui serpentis, & lupi esurientis, qui totus in eo est, illudque unicè die nocte què agit, ut hominum animos calliditate sua pervertat, & monstrosa vitiorum larvā turpisimè deformet, omnipè prorsus humanitate exuat.

Quam-

Quam obrem Christianus fæse totum consecrat Christo  
Ecclesiæ Christianæ capiti, & festivitati, cuius author  
est ipse dæmon, prorsus renunciat; siquidem extremè  
absurdum est, Christo simul & Baccho velle servire.  
Afflictiones itaq; ærumnas, & contumelias, quibus  
quotidie exercetur, moderatè sustent. Nam Christiani  
sunt quidem hæredes futuræ gloriæ, verùm cohæ-  
redes Christi, quorum officium est hæreditatem Cæle-  
stem (quæ nobis non obvenit propter laborem, sed  
quia sumus filii) adire per multas tribulationes. Hic  
enim ordo à divina sapientia est institutus, ut exigui  
temporis molestias, atque angustias ob Christi gloriam  
animo infracto, & alacriter feramus, earumqué optabilem  
eventum patienter expectantes, passionem filii DEI,  
quæ in nostris angustiis nostrum ultimum est refugium,  
& medicina animarum efficacissima, virtute Spiritus  
Sancti amplectamur, & devoto pectore exoscule-  
mur, cum præter vulnera Christi non inveniatur, in  
quo Christianus acquiescat. Spurius itaque est, &  
homo mollis atque effeminatus, ventriqué, atq; genio  
suo indulget, qui crucem Christi aversatur. Si quis  
vult post me venire inquit ipse Servator abneget se met  
ipsum, Et tollat crucem suam quotidie, Et sequatur me.  
Quò quis igitur vivit sanctius, eò magis turbatur, &  
vexatur in hujus vita itinere. Nam tribulationes ait  
ipse Spiritus Sanctus iustorum multisunt. Impiorum  
calum-

calumnias, odia, & persecutions Christianus non effugiet. Hæc enim est DEI voluntas benigna, ut pii variis certaminibus objiciantur, multis ærumnis probentur, & flagellentur, siquidem non aliâ ducimur viâ, quam quâ Christus ambulavit. Cum eo si commorimur unâ cum eo regnabimus. Neque Christus ad gloriam venit viâ externæ felicitatis, sed viâ gravissimarum afflictionum. Si igitur DEUS illos præfinivit conformes imaginis Christi, quos præscivit filios & hæredes futuros, iniquum erit, aliam conditionem, quam quâ in mundo fuit Dominus noster JESUS CHRISTUS, pretiosa in conspectu Domini est mors Sanctorum. Si verò quis, ut Christianus, ait Petrus Apostolus, patitur, non erubescat, glorificet potius Deum in hac parte tua. Nam afflictiones piorum sunt exercitia, in quibus DEUS nostram obedientiam, & fidem exercet, atque affictos præparat ad tolerantiam, ubi igitur nulla tribulatio, nulla persecutio, nullæ arumnæ, ibi nulla, est occasio, vel materia patientiæ exercendæ, nullumq; fidei certamen, & probatio. Quæ deniq; savitas est, illâ festivitate, quæ sub titulo, & appellatione Bacchi transigitur, delectari. An in eo potest esse voluptas, quod est momentaneum, & cuius effectus est pudor, tristitia, ignominia, animi dolor, &, ut omnia mala unicâ voce exprimantur, Mors? Audiamus Apostolum, quid illam jucunditatem sequatur, quem igitur inquit

quit fructum habebatis tunc, id est quando desideria, &  
blandimenta carnis explevistis, ex illis, de quibus nunc, id  
est post conversionem erubescitis. Nam finis illorum  
est mors. O tristissimam, & abjectissimam illam ser-  
vitutem, quā quis vestigia servatoris negligit, & in di-  
verticula seductoris deflectit, ubi nullum aliud servitu-  
tis stipendum porrigitur, quam dedecus, tristitia, do-  
lor, damnum, infamia, & tandem ipsa mors, vel  
æterna condemnatio! Bachi filii illa quidem vox ma-  
xime arridet: *Venite & fruamur bonis, quæ sunt, &*  
*ut amur creaturā in juventute: venite celeriter, & vino præ-*  
*tiojo & unguento nos impleamus, bibamus cras sicut hodie,*  
*& multo amplius & non prætereat nos flos temporis, &c.*  
Christianus verò illi voci sese non attemperat, nam  
sub peccato dominante non sunt nisi filii tenebra-  
rum, & iræ, qui sanguinem Christi pedibus conculcant,  
& tempus, quod Passionis Christi meditationi erat con-  
secrandum vanissimā turpitudine transigunt. Quis  
autem Christianorum vult esse filius iræ & tenebrarum?  
Cui igitur amor Christi cordi est: cui adhuc mica pieta-  
tis supereft, & infucatæ devotionis flamma; is Bacha-  
naliorum maculâ, & scurrilitatis, sive luxuriæ vitio ani-  
mam suam, quam Christus suo pretioso sanguine re-  
demit non conspurcabit. Abstergite igitur, Cives  
Academiici, illam impuram Bachanaliorum maculam,,  
& infucato pectore vos Christo consecrate, Nil potest  
esse

esse turpius, quam eo tempore tripudiare, & turpissimæ voluptatis vestigia sequi, quo propter nostra peccata crucifixus est omnium rerum Dominus, & Mundi Redemptor. Avertite membra vestra ab illa vanitate, & intuemini Filium DEI toto animo, & corpore perhorrescentem. Turpe est, Principem vitæ, & Domini num gloriæ contemptum habere, & turpissimos mores heluonum æmulari. Si vultis famam vestram vindicare, vindicate illam ab ignominia, & servitute peccati. Ipsi pietas vobis omnibus, & singulis seriò injungit, ut Magistratui vestram salutem quærenti, sincero pectore obsequiamini. DEUS Optimus Maximus vos gubernet suo Spiritu, ut carnis desideria, sicut Christianos decet, compescatis, & omni impietate abjecta, Passionem Domin nostri JESU CHRISTI, ejusque fructum, & efficaciam non tantum domi, sive in privatis ædibus; sed etiam frequenter in publico cœtu fidelium, pio, & devoto animo in vestram salutem meditemini, atq; hoc modo vestra D E O, & Magistratui probetur pietas, & obedientia. Contumaces vero, & præfracti sciant, nobis non deesse media, quibus contemptus ille coërceatur, & vindicetur. P. P.

sub sigillo Rectoratus ANNO M. DCLXXI.

V. Mattii.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/pnn735975272/phys\\_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn735975272/phys_0011)

**DFG**




Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn735975272/phys\\_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735975272/phys_0012)

**DFG**

quit fructum habebatis tunc, id est quia  
blandimenta carnis explevisti, ex illis  
est post conversionem erubescitis. N  
est mors. O tristissimam, & abjecti  
vitatem, quā quis vestigia servatoris  
verticula seductoris deflectit, ubi nul  
lis stipendum porrigitur, quam dede  
lor, damnum, infamia, & tandem  
æterna condemnatio! Bachi filii illa  
xime arridet: *Venite & fruamur bo  
utamur creaturâ in juventute: venite celeb  
tiojo & unguento nos impleamus, bibamus*  
*& multo amplius & non prætereat nos f*  
Christianus verò illi voci sese non att  
sub peccato dominante non sunt n  
rum, & iræ, qui sanguinem Christi pedi  
& tempus, quod Passionis Christi medi  
secrendum vanissimâ turpitudine tra  
autem Christianorum vult esse filius iræ  
Cui igitur amor Christi cordi est: cui ad  
tis superest, & infucatæ devotionis fla  
naliorum maculâ, & scurrilitatis, sive lu  
mam suam, quam Christus suo pretio  
demit non conspurcabit. Abstergit  
Academiici, illam impuram Bachanaliori  
& infucato pectore vos Christo consecr



tria, &  
nunc, id  
orum,  
um ser  
& in di  
ervitu  
ia, do  
s, vel  
ox ma  
nt, &  
eo præ  
hodie,  
, &c.  
nam,  
ebra  
lcant,  
t con  
Quis  
rum?  
pieta  
acha  
o ani  
e re  
lives  
um,,  
otest  
esse